

In altera.

Victoria Romam Victtricem, galeatam, scutatam, hastatamqz, Minervæ persimilem, Laureæ donat corona, quam dextra altè attollit, quum laeva palmâ gerat. inter deas est. T. infrâ. ROMA. Nummus hic argenteus domi meæ adseruatur

In una parte.

290. Roma galeam alatam capite gestans, laevo obtutu, torquæ aureo ornata. Sub eius mentum. *. Inscriptio. ROMA. Q. MAX.

In altera.

Laurea corona imprimitur. in qua mediâ erectum Cornucopiæ, ac fulmen. Inscriptio nulla. Nummum hunc argenteum memini me vidisse Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

291. Posthumius videtur, aperto capite, laevo obtutu, cu nominis epigraphæ. A. POSTVMIVS P. F.

In altera.

Spicæ duæ triticeæ in coronam contextæ. in qua legitur. ALBINI. BRVTTI. F. Nummum hunc argenteum memini me vidisse Romæ apud D. Ant. Aug. num.

In una parte.

292. Roma videtur laevo obtutu, retiolo aureo redimita, capillo pendulo in circinnis per collum. Inscriptio à ceruice. ROMA. Subter mentum. *.

In altera.

Corona Laureæ videtur. In hac mediâ clypeus est argenteus, in cuius sunt ambitu gemmæ. deinde pentangulus